BREVIARIUM DIOECESIS SALISBURGENSIS
Seckau, 1388 Seite 317r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Post hec conversa est retrorsum ut videret ihesum et
quia amabat et adhuc de resurrectione eius du
bitabat. Videbat quidem sed non agnoscebat eum.
℣ Quem illi nimirum et amor ostenderat. et
dubietas quis esset abscondebat. Videbat. Lcc.
Consideravit namque quod fecit. et noluit
moderari quid faceret. Super convivantes in
gressa est. non iussa venit. inter epulas
lacrimas obtulit. Dicite quo dolore ar
det. que flere et inter epulas non erubescit.
Adest testis divine misericordie beata maria que lavit ℟
lacrimis maculas criminis susceptoris sui tetigit vesti
gia. ac prava sua delinquens itinera. huic post hec
assidebat. verbumque illius audiebat. viventi adhe
rebat. mortuum querebat. Viventem reperit quem
mortuum quesivit ℣ Tantumque apud deum locum
gratie invenit. et hunc ipsis quoque apostolis verax
eius apostola resurrexisse nunciaret. Viven.
Hanc vero quam lucas peccatricem mulie

317